

teurer mehrbändiger Festschriften an verdiente Wissenschaftler, wenn eine durchgehende Qualität der Festschrift nicht garantiert werden kann.

*Heikki Solin*

*Acta omnium gentium ac nationum conventus quinti Latinis litteris linguaeque fovendis.* A die XXX mensis Augusti usque ad diem V mensis Septembris anno MCMLXXXI Augustae Treverorum habiti. De Roma et provinciis septentrionalibus ad occidentem vergentibus. Cooperante *Rhoda Schnur* edidit *Nicolaus Sallmann*. Domus editoria Rainardi Brune, Leichlingae 1984. XXXV, 292 p.

Acta quinti conventus Academiae Latinitati fovendae hoc tomo publici iuris facta sunt, quo continentur orationes et relationes doctorum virorum in consessibus necnon inaugurales et conclusivae allocutiones salutationesque varii generis. Res proposita erat — ut loco ad conventum habendum convenit — de Roma et provinciis septentrionalibus ad occidentem vergentibus deque commercio inter eas conspicuo. In consessibus sexto septimo octavo de humanistis, de scriptoribus posthumanisticorum temporum deque linguae Latinae pronuntiati et usu hodierno viri docti rettulerunt.

De proprietate ac ingenio huius tomī dicendum est hoc. Omnes fere relationes magni momenti sunt, argumentum grave est et bene conceptum. Haec acta mihi multo maioris momenti videntur Actis quarti conventus Academiae (conferas quae scripsi Arctos 1981, 172). Rite editores has relationes optima veste typographica nobis paraverunt. Gratiam nostram optime meriti sunt. At viri docti Augustae Treverorum non solum erudite sudabant. Si forte existimas acta conventus omnia referre quae in conventu facta sint plane erras. Eheu praesens non aderam, sed ex pluribus allocutionibus necnon ex praefatione editoris indefessi Nicolai Sallmann accipi potest eos qui conventui intererant maxime delectatos esse amoenitate civitatis Treverensis aliisque rebus ut spectaculis discursationibus urbanis peregrinationibus maioribus. Porro memoranda est vinorum gustatio, de qua videas p. XXVIII—XXX (bene fecerunt hospites, quod eius rei non obliiti sunt, nam ita memoramus Romanos inter alia beneficia vites vinumque provinciis Germanicis induxisse, vinum instrumentum et profanum et sacrum, quo adhuc homines ad meliorem humanitatem semper incitantur); ibi mirari potes optima vina ut vinum praemio ornatum aut vinum summae bonitatis bacis selectis expressum. Vina vinorum.

*Heikki Solin*

*Friedrich Gottlieb Welcker, Werk und Wirkung.* Vorträge, gehalten auf der Welcker-Tagung in der Werner-Reimers-Stiftung in Bad Homburg vom 5.—7. November 1984 (I) und zur Eröffnung der Ausstellung „Friedrich Gottlieb Welcker (1784—1868): Philologe, Archäologe und Oberbibliothekar in Bonn“ in der Universitätsbibliothek Bonn am 5. November 1984 (II). Herausgegeben von *William M. Calder III, Adolf Köhnken, Wolfgang Kullmann, Günther Pflug*. Hermes, Einzelschriften 49. Franz Steiner Verlag Wiesbaden GmbH, Stuttgart 1986. VIII, 293 S. DEM 58.